Jaworski Similiter Consorti Suae Reformat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Nobilis Jacobus Jaworski Szypowicz sanus mente et corpore existens a terris dictibus iuribus iurisdictionis suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien iurisdictioni quoad autem praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Nastasiae Cichowska olim Nobilis Michaylo Cichowski cum Nobili Anna Winnicka procreatae filiae suae vero Dignissimae Consorti legitimae Summam Centum Florenorum Polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Necnon aliam similem Summam Centum florenorum Polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi dotalitij in et super tota et integra Medietate omnium generaliter bonorum suorum hypotecarum et obligatarum Mobilium et immobilium Summarumque quarumcunque pecuniarium nunc habitarum et in post habendarum dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentibus Quamquidem Medietatem bonorum suprascriptorum eadem Nobilis Jaworska Consors sua cum universis utilitatibus fructibus proventibus redditibus Commodis et emolumentis in universum omnibus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice utifruetur Vigore ac Mere eiusmodi Reformationem hactenus et deinceps inviolabiliter observari solitarum Hac ita praesenti personali recognitione ad Acta Mediante.

Idem Winnickiemu Consensem Statuet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Nobilis Jacobus Jaworski Szypowicz sanus Mente et Corpore existens A terris dictibus iuribus iurisdictionibus suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien iurisdictioni quoad autem praesentem